



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

In tabulam Esdræ scribæ. Ode Diclos Tetrastrophos. XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44973

40 HUMANAE SALVTIS

Miranda sacro scripta volumine
Auctor relinquit, postera quæ legat
Aetas, & attendens laboret,
Ac memori probet ore Christus.

IN TEMPESTATE SVBSIDIVM.

Qui nouit metuitque Deum, discrimina: nulla
Ille timet, nil non scitque probatque boni.

VATI FORTISS. TEMPERANTISS. POS.

In tabulam Esdræ scribæ.

Ode Dicolas Tetraphos. XXIX.

Persarum populo & regibus inclytis
Dilectum Arsacides ingenium, tuoque
Optatum generi lumen, amabile
Cæloque & superis caput:
Esdra ô progenies pontificum sacra,
Exspectatum audiè qui Phineæ vetus
Exemplum reuocas, moribus integris
Præfas & sapientia.

Redduntur Solymis te duce principes,
Longo quos Babylon carcere prefferat:
Vasa & sacrilegum quæ rapuit manus,
In sanctam referunt domum.

Quamvis difficilis non solitos viæ,
Ignauosque metu, atque hostibus improbis
Inuisos memori consilio viros
Ac dictis reficis bonis.

Dum deuota Deo te dice moenia
Sionis subrunt, quā populus frequens
Festiuo sociat plurima carmine
Templis dona recentibus:

Illic & vituli sanguine feruidi
Aras & Libani tingis odoribus:
Et vota incolumis persoluiens tua
Genti concilias Deum.

Insamata malis secula nuptiis,
Admissumque nefas moribus expias,
Antiquásque iubes discere, & afferis
Leges, & patrium decus.

PRO.

M O N U M E N T A.

47

P R O V I D E N T I A I N S T A V R A T R I X.

Eldra sancte viæ doctor, populiisque magister,
Tu monstras rectum quid valet officium.

V.M. S C R I B A E S A P I E N T I S S. P A T.
P A T R I A E.

In effigiem D. Matthæi.

Ode. *Dicilos Distrophos.* XXX.

Q Vi modò inexpletos loculos, fiscumque capacem
Assiduusque tenaxque premebat;
Quique abaco intentus, tabulisque vacabat anaris
Nummorum captator anhelus;
Quem cupidum variis aliena pecunia curis,
Insidiatoremque timebat;
Quem tenuere viæ, mercatus, flumina, portus,
Multiplicis quoque fœnoris ardor,
Hic subito magis mutatus voce Magistri,
Discipulum comitemque vocantis,
Dinitiarum & compositi neglector acerui,
Iam libros forulosque relinquit.
Gaudet sorte noua Leui, nuperque perosam
Pauperiem præfertque, colitque.
Nec socios, famulos, infestaque vincla propinquæ,
Rumores vulgivæ loquacis;
Nec quæcunque bonis obstant contraria votis,
Cogitat incipiensque volutat.
Nudus, inops, meliora petit compendia rerum,
Diuitias meditans potiores:
Quas nec tempus edax, nec fraus, nec perdere possimæ
Inuidiæ commenta malignæ.
Edoctusque nouas rationum scribere formas,
Duratura volumina compleat:
Atque notas, numeros, damnoſaque nomina delens,
Gesta Dei patrésque reponit:
Exemplo scriptisque probans quam splendida Iesu
Gratia sit virtusque docentis.

D I V I N A V O C A T I O.

Noctes atque dies dictata legenda, nec villo
Tempore non nobis commoda scripta vides.

E V A N G E L I I T E S T I F I D E L I P.